PHILIPPE IV, à l'Abbaye de Long-champ, le Jeudi d'après les Brandons, [3 Mars] 1299.

Eccleſiarum, quarum proventus, eorum adminiſtratores tenentur in uſus expendere deputatos, & de illis etiam habent reddere rationem, ut ſunt ipſarum Eccleſiarum Elemoſinarii, operarii, Coquinarii, & Pitantiarii Conventuum aliquorum, & alii ſæculares adminiſtratores habentes pro Nobis, annualia non leventur; dum tamen ſuper hoc in noſtri dampnum vel præjudicium fraus non fiat.

(15) *Damus igitur* Bellicadri Seneſcallo *&* Baillivo Gabalitano, *& eorum Locatenentibus præſentibus in mandatis, quòd ipſi & eorum quilibet in ſibi commiſſis Seneſcalia & Baillivia proviſionem hujuſmodi, quantùm ad prædictum Epiſcopum & ſuos ſubditos pertinet, teneant, & ab omnibus Miniſtris noſtris teneri faciant, & ad integrum effectum perduci; etiam quos hujus proviſionis noſtræ trangreſſores invenerint puniendo.* Actum apud Abbatiam *Longi-campi,* die Jovis poſt Brandones, anno Domini M.° CC.° nonageſimo nono.

PHILIPPE IV, à Paris, en Avril 1300.

(a) Lettres de Philippe IV, par leſquelles il veut que, ſans autres Lettres, le Duc de Bourgogne faſſe vendre & acheter toutes denrées dans le Duché de Bourgogne & le Comté de Châlons, avec la Monnoie de Dijon, après l'expiration des trois ans pendant leſquels le Duc avoit conſenti de ſe ſervir de Monnoie Tournoiſe.

PHILIPPUS, Dei gratia, Francorum Rex, notum facimus univerſis tam preſentibus quàm futuris, quòd cùm dilectus & fidelis noſter R. Dux Burgundie *(b), ad requiſitionem noſtram, de ſpeciali gratia Nobis facta voluerit quòd in ſuis* Ducatu Burgundie *&* Comitatu Cabilonenſi, *nec non in toto diſtrictu ſuo, quecumque denariate ſeu res venales tallientur & vendantur ad monetam meam* Turonenſem, *& non ad ſuam* Divionenſem, *uſque ad triennium, ab inſtanti feſto Beatorum* Philippi *&* Jacobi *incohandum & continuè ſubſequendum: Nos pro Nobis & noſtris heredibus, ac ſucceſſoribus, nolentes quòd eidem* Duci *aut ejus heredibus & ſucceſſoribus exinde prejudicium aliquod generetur, volumus quòd idem* Dux *aut ejus heredes & ſucceſſores, elapſo dicto triennio, propria eorum auctoritate, mandato noſtro ſuper hoc minimè requiſito, dictas denariatas & res venales quaſlibet, in ſuis* Ducatu, Comitatu *& diſtrictu, predictis ad monetam ſuam* Divionenſem *predictam tailliari, emi & vendi faciat; nulla poſſeſſione, vel quaſi, Nobis aut heredibus & ſucceſſoribus noſtris in hac parte contra ipſum* Ducem *aut ejus ſucceſſores aliquatenus valitura. In cujus rei teſtimonium, preſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum.* Actum *Pariſius*, anno Domini milleſimo triceſimo, menſe Aprili.

NOTES.

(a) La copie de ces Lettres, qui ſont dans un Regiſtre de la Chambre des Comptes de *Dijon,* nous a été communiquée par M. l'Abbé *Des Sales.*

(b) R. Dux Burgundie, &c.] Robert, Duc de *Bourgogne,* II.ᵉ du nom, qui avoit épouſé en 1272, *Agnès,* ſœur de Philippe III. La fréquente mutation dans ſes monnoies, avoit, pendant long-temps, occaſionné des plaintes de la part de ſes Sujets, & particulièrement des Eccléſiaſtiques.